

Q. HORATIVS FLACCVS  
OPERA

EDIDIT

FRIEDRICH KLINGNER

EDITIO STEREOTYPA  
EDITIONIS TERTIAE (MCMLIX)



BEROLINI ET NOVI EBORACI  
WALTER DE GRUYTER MMVIII

## SERM. I 3. 4

sutor erat: sapiens operis sic optimus omnis  
 est opifex, solus sic rex.' vellunt tibi barbam  
 lascivi pueri, quos tu nisi fuste coerces,  
 urgeris turba circum te stante miserque      135  
 rumperis et latras, magnorum maxime regum.  
 ne longum faciam: dum tu quadrante lavatum  
 rex ibis neque te quisquam stipator ineptum  
 praeter Crispinum sectabitur, et mihi dulces  
 ignoscent, siquid peccaro stultus, amici      140  
 inque vicem illorum patiar delicta libenter  
 privatusque magis vivam te rege beatus.

## IV

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae  
 atque alii, quorum comoedia prisca virorum est,  
 quis erat dignus describi, quod malus ac fur,  
 quod moechus foret aut sicarius aut alioqui  
 famosus, multa cum libertate notabant.      5  
 hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus,  
 mutatis tantum pedibus numerisque, facetus,  
 emunctae naris, durus conponere versus.  
 nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducentos,  
 ut magnum, versus dictabat stans pede in uno;      10  
 cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles;  
 garrulus atque piger scribendi ferre laborem,  
 scribendi recte: nam ut multum, nil moror. ecce,  
 Crispinus minimo me provocat 'accipe, si vis,

4 1 σχ Pers. I, 123 || 7 fac.—8 nar. Don. Ter. Phorm. 682 ||  
 11 suis verb. Quint. inst. 10, 1, 94

$\Sigma$ : B (132—134) K acc. interd. g |  $\Psi$ : F λ' z R acc. interd. K |  
 Q: αγEM acc. interd. R Q modo ad rec. Σ, modo ad  $\Psi$  pertinet.

132 sutor  $\Sigma\Psi$  Pph. σχΓVν tonsor ΒΙ 'erasis characteribus'; cf.  
 Pasquali l. c. || 134 finis codicis B || 140 peccabo  $\Sigma\Psi$  σχΓVνc  
 peccabo RM<sup>1</sup>g || 142 privatus  $\Sigma\Psi$  Pph. σχΓVν privatum u pri-  
 vatim λ'

4 de vitiis poetarum secutus Lucilium  $\Psi$  Q egloga V (IV z)  
 praeposuit  $\Psi$  || 3 ac] ut R<sup>1</sup>

## SERM. I 4

accipiam tabulas; detur nobis locus, hora, 15  
 custodes; videamus, uter plus scribere possit.  
 di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli  
 finixerunt animi, raro et per pauca loquentis;  
 at tu conclusas hircinis follibus auras  
 usque laborantis, dum ferrum molliat ignis, 20  
 ut mavis, imitare. beatus Fannius ultro  
 delatis capsis et imagine, cum mea nemo  
 scripta legat, volgo recitare timentis ob hanc rem,  
 quod sunt quos genus hoc minime iuvat, utpote pluris  
 culpari dignos. quemvis media elige turba: 25  
 aut ob avaritiam aut misera ambitione laborat.  
 hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum:  
 hunc capit argenti splendor; stupet Albius aere;  
 hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo  
 vespertina tepet regio, quin per mala praeceps 30  
 fertur uti pulvis collectus turbine, nequid  
 summa deperdat metuens aut ampliet ut rem.  
 omnes hi metuunt versus, odere poetas.  
 'faenum habet in cornu, longe fuge; dummodo risum  
 excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amico 35  
 et quodcumque semel chartis inleverit, omnis  
 gestiet a furno redeuntis scire lacuque  
 et pueros et anus.' agedum pauca accipe contra.  
 primum ego me illorum, dederim quibus esse poetis,  
 excerpam numero: neque enim concludere versum 40

15 ex. Vat. 248 || 39 ded. — poet. σχῆμα s. I, 6, 25

$\Sigma$ : K acc. interd. g |  $\Psi$ :  $F\lambda'$  z R acc. interd. K | Q: αγέλη acc. interd. R Q modo ad rec.  $\Sigma$ , modo ad  $\Psi$  pertinet.

15 accipiam  $\Psi$ (acc. γ) ΒΙ Pph. ex. Vat. accipe iam  $\Sigma$ (acc. εγγραφ.) |  
 detur  $\Sigma$ (acc. εQR) dentur  $\Psi$  || 18 loquentis  $\Sigma$   $\Psi$  ΒΙ loquentem  
 Lamb. || 24 minime] minimum g nimium D<sup>2</sup> || 25 elige g Q erue  
 $\Psi$ (acc. K) eripe tres Bland. extrahe ψευδ. z superscr., gloss. FR ||  
 26 ob avaritiam] ab avaritia ζ | misera K<sup>2</sup>g Q miser  $\Psi$  K<sup>1</sup> ||  
 30 tepet  $\Sigma$ (acc. εQR<sup>2</sup>) σχῆμα ad v. 82 patet  $\Psi$  || 32 ampliet] amplacet ψλ' ||  
 35 sibi  $\Sigma$   $\Psi$  σχῆμα ad v. 82 tibi Rutgers; cf Büchner Philologus  
 93. 1939, 491 | non hic K<sup>2</sup>Q(acc. R<sup>2</sup>) u<sup>1</sup> (?) σχῆμα ad v. 82 non non  
 hic g non non (alterum non om. K<sup>1</sup>σχῆμα)  $\Psi$ (acc. K<sup>2</sup>) σχῆμα ad  
 v. 82 || 39 poetis R<sup>1</sup> σχῆμα 1, 6, 25 poetas cett. σχῆμα 1, 6, 25  
 σχῆμα 1, 4, 39

dixeris esse satis neque, si qui scribat uti nos  
sermoni propiora, putas hunc esse poetam.  
ingenium cui sit, cui mens divinior atque os  
magna sonaturum, des nominis huius honorem. 45  
idcirco quidam comoedia necne poema  
esset, quaesivere, quod acer spiritus ac vis  
nec verbis nec rebus inest, nisi quod pede certo  
differt sermoni, sermo merus. 'at pater ardens  
saevit, quod meretrice nepos insanus amica  
filius uxorem grandi cum dote recuset, 50  
ebrius et, magnum quod dedecus, ambulet ante  
noctem cum facibus.' numquid Pomponius istis  
audiret leviora, pater si viveret? ergo  
non satis est puris versum perscribere verbis,  
quem si dissolvas, quivis stomachetur eodem 55  
quo personatus pacto pater. his, ego quae nunc,  
olim quae scripsit Lucilius, eripias si  
tempora certa modosque, et quod prius ordine verbum est  
posterior facias praeponens ultima primis,  
non, ut si solvas 'postquam Discordia taetra 60  
belli ferratos postis portasque refregit',  
invenias etiam disiecti membra poetae.  
hactenus haec: alias, iustum sit necne poema.  
nunc illud tantum quaeram, meritone tibi sit  
suspectum genus hoc scribendi. Sulgius acer 65  
ambulat et Caprius, rauci male cumque libellis,  
magnus uterque timor latronibus; at bene si quis  
et vivat puris manibus, contemnat utrumque.  
ut sis tu similis Caeli Birrique latronum,

43. 44 Prisc. 2, 571, 4

$\Xi$ : K acc. interd. g |  $\Psi$ : F $\lambda'$ z R acc. interd. K | Q: a $\gamma$ E M acc.  
interd. R Q modo ad rec.  $\Xi$ , modo ad  $\Psi$  pertinet.

41 si qui] si quis g u M || 49 insanus  $\Xi$ (acc. g Q) BI Pph. insanit  
 $\Psi$   $\gamma$  var. || 50 grandi] grandem Fpr.  $\lambda'$  R<sup>1</sup> || 52 numquid  $\Xi$   $\Psi$  num-  
qui  $\gamma$  E M || 54 puris] pueris Fpr.  $\lambda'$  R<sup>1</sup>(?) | verbis  $\Xi$   $\Psi$  cf.  $\sigma\Gamma V\nu c$   
verbum F $\lambda'$  || 58 verbum  $\Xi$ (acc. g Q R<sup>1</sup>) versum  $\Psi$  || 60 ut  $\Xi$   $\Psi$   $\sigma\Gamma$   
 $V\nu c \sigma\Gamma V\nu$  et  $\gamma$  D $a.$  ras. || 65 sulgius  $\Psi$ (acc. K) sulcios g Q  $\sigma\Gamma V\nu c$  ||  
69 ut] et D $a.$  ras: (?) u aut Vahlen | sis tu] tu sis M

non ego sim Capri neque Sulgi: cur metuas me? 70  
 nulla taberna meos habeat neque pila libellos,  
 quis manus insudet volgi Hermogenisque Tigelli,  
 nec recito cuiquam nisi amicis idque coactus,  
 non ubivis coramve quibuslibet. in medio qui  
 scripta foro recitent, sunt multi quique lavantes: 75  
 suave locus voci resonat conclusus. inanis  
 hoc iuvat, haud illud quaerentis, num sine sensu,  
 tempore num faciant alieno. 'laedere gaudes'  
 inquit 'et hoc studio pravus facis.' unde petitum  
 hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum, 80  
 vixi cum quibus? absentem qui rodit, amicum  
 qui non defendit alio culpante, solutos  
 qui captat risus hominum famamque dicacis,  
 fingere qui non visa potest, commissa tacere  
 qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. 85  
 saepe tribus lectis videas cenare quaternos,  
 e quibus unus amet quavis aspergere cunctos  
 praeter eum qui praebet aquam; post hunc quoque potus,  
 condita cum verax aperit praecordia Liber:  
 hic tibi comis et urbanus liberque videtur 90  
 infesto nigris: ego si risi, quod ineptus  
 pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum,  
 lividus et mordax videor tibi? mentio siquae  
 de Capitolini furtis iniecta Petilli  
 te coram fuerit, defendas, ut tuus est mos: 95  
 'me Capitolinus convictore usus amicoque  
 a puero est causaque mea permulta rogatus  
 fecit et incolmis laetor quod vivit in urbe;

85 hic — cav. Serv. B. 5, 56 G. 1, 320 ὥ Stat. Th. 1, 57

$\Sigma$ : K acc. interd. g |  $\Psi$ : Fλ' z R acc. interd. K | Q: aγEM acc.  
interd. R Q modo ad rec.  $\Sigma$ , modo ad  $\Psi$  pertinet:

70 sim] sum  $\varsigma$  cf. Pph. | sulgi  $\Psi$ (acc. K) sulci gQR<sup>11</sup> || 73 nec]  
 non Fλ' || 79 inquit  $\Sigma$ (acc. Q) inquis  $\Psi$ (acc. M) cf. ὥΓVνc || 81 ab-  
 sentem — 85 interlocutori tribuit Keck. sunt qui post amicum  
 distinguant || 87 unus  $\Sigma$ (acc. gQR) imus  $\Psi$  | amet unus Bland. Bl.  
 avet  $\Sigma$  $\Psi$  || 92 = 1, 2, 27 | Gargonius] gorgonius Fλ' || 93 si qua  
 $\Psi$ (acc. KM) siqu(a)e gQ $\omega\Gamma$ Vν || 94 capitolini  $\Sigma$ (acc. gQ(ayM))  $\Psi$ (zR<sup>p.</sup>  
 ras.) Pph. ὥΓVc capitolinis  $\Psi$ (Fλ' Ra. ras.) (acc. E) K<sup>2</sup>

sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud  
 fugerit': hic nigrae sucus lolliginis, haec est 100  
 aerugo mera; quod vitium procul afore chartis,  
 atque animo prius, ut siquid promittere de me  
 possum aliud vere, promitto. liberius si  
 dixero quid, si forte iocosius, hoc mihi iuris  
 cum venia dabis: insuevit pater optimus hoc me, 105  
 ut fugerem exemplis vitiorum quaeque notando.  
 cum me hortaretur, parce frugaliter atque  
 viverem uti contentus eo quod mi ipse parasset:  
 'nonne vides, Albi ut male vivat filius utque  
 Baius inops? magnum documentum, ne patriam rem 110  
 perdere quis velit.' a turpi meretricis amore  
 cum deterret: 'Scetani dissimilis sis.'  
 ne sequerer moechas, concessa cum venere uti  
 possem: 'depreensi non bella est fama Treboni'  
 aiebat. 'sapiens, vitatu quidque petitu 115  
 sit melius, causas reddet tibi; mi satis est, si  
 traditum ab antiquis morem servare tuamque,  
 dum custodis eges, vitam famamque tueri  
 incolumem possum; simul ac duraverit aetas  
 membra animumque tuum, nabis sine cortice.' sic me 120  
 formabat puerum dictis et, sive iubebat  
 ut facerem quid, 'habes auctorem, quo facias hoc'  
 unum ex iudicibus selectis obiciebat,  
 sive vetabat, 'an hoc in honestum et inutile factu  
 necne sit, addubites, flagret rumore malo cum 125  
 hic atque ille?' avidos vicinum funus ut aegros

107. 108 *Prisc.* 3, 105, 1

$\Sigma$ : C (v. 122ss.) K acc. interd. g |  $\Psi$ : F $\lambda'$  z R acc. interd. K |  
 Q: a $\gamma$ E M acc. interd. R Q modo ad rec.  $\Sigma$ , modo ad  $\Psi$  pertinet.

102 animo, prius ut, siquid *Housman* || 103 aliud Qu aliquid  
 $\Psi$ (acc. K) || 105 insuevit  $\Sigma$  $\Psi$  Bl insevit  $\zeta$  || 108 parasset  $\Sigma$  $\Psi$  *Prisc.*  
 parasset  $\lambda'$  || 110 baius Q Bl barus  $\Psi$ (acc. K $^2$ ) || 111 a (at M)  $\Sigma$ (acc. Q)  
 aut  $\Psi$ (acc. E) || 115 quidque] quidve  $\zeta$  lemma *Pph.* || 116 mi(hi)  
 satis est (m. s. et D K $^2$  R)] sed mihi sat a $\gamma$  || 119 possum] pos-  
 sim  $\Sigma$  $\zeta$  || 122 — 1, 6, 40 exstat C || 123 selectis  $\Sigma$ (acc. g Q(a $\gamma$ M $^2$ )) electis  
 (electi E)  $\Psi$ (acc. EM $^1$ ) || 124 factu  $\Sigma$  $\Psi$ ( $\psi$  $\lambda'$  z R $^1$ (?)) factum Q q R $^2$   
 K $^2$  Bl || 125 flagret] fraglet F $\lambda'$  fragret z || 126 avidos  $\Sigma$ (acc. g)  
 $\Psi$ (Rz u) Q *Pph.*  $\sigma\gamma\Gamma$  V $\nu$ c vides F $\lambda'$

exanimat mortisque metu sibi parcere cogit,  
 sic teneros animos aliena opprobria saepe  
 absterrent vitiis. ex hoc ego sanus ab illis  
 perniciem quaecumque ferunt, mediocribus et quis      130  
 ignoscas vitiis teneor. fortassis et istinc  
 largiter abstulerit longa aetas, liber amicus,  
 consilium proprium; neque enim, cum lectulus aut me  
 porticus exceperit, desum mihi. 'rectius hoc est;  
 hoc faciens vivam melius; sic dulcis amicis      135  
 occurram; hoc quidam non belle: numquid ego illi  
 inprudens olim faciam simile?' haec ego mecum  
 compressis agito labris; ubi quid datur oti,  
 inludo chartis. hoc est mediocribus illis  
 ex vitiis unum; cui si concedere nolis,      140  
 multa poetarum veniat manus, auxilio quae  
 sit mihi — nam multo plures sumus —, ac veluti te  
 Iudei cogemus in hanc concedere turbam.

## V

Egressum magna me accepit Aricia Roma  
 hospitio modico; rhetor comes Heliodorus,  
 Graecorum longe doctissimus; inde Forum Appi  
 differtum nautis cauponibus atque malignis.  
 hoc iter ignavi divisimus, altius ac nos      5  
 praecinctis unum: minus est gravis Appia tardis.  
 hic ego propter aquam, quod erat deterrima, ventri  
 indico bellum, cenantis haud animo aequo

**5 1** Serv. A. 2, 713 || 5 altius — 6 un. Serv. A. 1, 210. 8, 724

**Z:** CK acc. interd. g | **Ψ:** Fλ' z R acc. interd. K | **Q:** aγEM  
acc. interd. R Q modo ad rec. Ζ, modo ad Ψ pertinet.

131 ignoscas Ζ(acc.gQR) σχΓνc ignoscat Ψ | istinc ΖΨ σχΓν istis  
σχΓνvar. || 132 abstulerit ΖΨ abstulerint Q || 139 inludo (illudo M)  
Ζ(acc.gQR) incumbo Ψ includo φvar. ζ || 141 veniat] veniet σ cf.  
σχΓνv

5 egloga VI. describit iter suum a Roma Brundisium usque Ψ  
cf. Pph. σχΓνv odoeporicos. describit iter suum Brundisii vel  
sim. Qσ || 1 accepit Ζ(acc.gQ) Serv. exceptit (excipit R<sup>1</sup>) Ψδι ||  
3 longe Ζ(acc.QR<sup>1</sup>) σχΓνv linguae Ψ(acc. K)